

F. H. 30, 66.

Yb  
1304



# RECTOR ET MAGISTRI GYMNASII GORLICENSIS.



**D**IOGENES, latrans ille de dolio Canis, quum aliquando improbum quendam ac protervum castigaret Juvenem, ipseque interrogaretur, quid faceret? respondisse perhibetur: *ÆTHIOPEM ABSTERGO, UT DIFFICULTER REDDAM CANDIDUM.* Videtur proverbiali hoc ab Æsopica fortè fabulà, quam *ERASMUS* in *Chiliadibus* recitat, orto responso innuisse: quòd omnes illi inemendabiles sint, qui vel semel, perruptis honestioris disciplinæ repagulis, ad vitiorum sordes eorumque expurgamenta servili vernilitate semetipsos detrusere. Verumenimverò quemadmodum natus ille Æthiopum nigror, quem fidelissimus Naturæ Mystes, *PLINIUS*, è vicini sideris vapore accidere putat, nullà abluì potest undà, nec ulla ratione candescit: ita difficile, imò non possibile est, præfractam quorundam ingeniorum & obstinatam protervitatem quocumque modo vel ratione domare, & ad morum probitatem ea movere ac deducere. Tam præfractè mala videlicet quorundam in hodierni Seculi Pube Scholastica malefactorum reperiri datur ingenia: ut nullis admonitionibus paternis, nullis dehortationibus gravioribus, nullis comminationibus severis, nullis animadversionibus & castigationibus, nullis divinitus etiam punitorum exemplis, imò nec ullis obsecrationibus, obtestationibus, execrationibus, à variis vitiorum deviis in virtutis honestatisque viam & ad obsequium Præceptoribus debitum reduci se ac persuaderi patiantur: quòd minùs, *PERSII* verbis, ipsi.

*Jam passim corvos testaque lutoque sequantur,*

*Securi, quòd pes ferat, atque ex tempore vivant.*

Quin dolent potius atque animo anguntur: quòd plura & pejora non commiserint, fœdam sibi Carthaginensium Scholasticorum, quam Hipponensium Præsul taxat, optantes, expectantes licentiam. Idem nos tenus hac fatum, vitio Seculi communissimum, in nostro hoc Ephebed cum maximo rei literariæ damno experti sumus: & ita quidem, proh dolor! experti sumus: ut facitè *EXPERTIS*, quod vulgò dicitur, credere liceat *RUPERTIS*. Ecce enim non unum præfractæ malitiæ, petulantia, protervia, impudentia, & ne de supina negligentia dicam, ad quodvis contra toties iterata paterna monita, toties iteratas per vulnera J. C. perque viscera divinæ misericordiæ obsecrationes, nec non contra toties iteratas comminationes, execrationes, fulminationes, quæ ex utroque, cum Ecclesiastico, tum Scholastico Umbone audita sunt, contra severa denique Superiorum interdicta perpetrandum promptæ audaciæ genus est: quod non apud discinctos quosdam Nattas se insinuarit, pariterque invaluerit. Eò utique effera Pseudo-Scholasticorum nostrorum, non tam discitentium quam tumultuantium, ferocia processit: ut nonnulli eorum neque Leges, neque Magistratum, neque Præceptores, imò nec ipsum DEUM jam amplius vereantur; sed Cyclopica quadam licentiâ ducti, vel seducti potius, omnia, quæ libeant, etiam impunè sibi licere arbitrentur. Pertinent huc Thracum more instituta computationes & plusquam belluinæ ingurgitationes. Nocturnæ quoque grassationes, Stentoreæ vociferationes, lapidum jactu factæ fenestrarum fractiones, Bacchicæ vestium permutationes, fescenninæ cantillationes, injuriosaque exagitatioes, quibus multos nostræ urbis vicos implere, & nemini non noctes insomnes reddere quibusdam fuit volupe, huc pertinent. Hoccine verò est virtuti & honestati litare? Hoccine est bonæ frugis discipuli partes explere? tempore nempe diurno & vespertino in tabernis cerevisiariis amyctide Threiciâ Bassum vincere; nocturno per plateas divagari, tumultuari, vigilas turbare; matutino, quod Musis amicum, lecto cubare & glirium instar stertere. Accedit: quòd non pauci, nobili & ipsi gente nati ac sati, fuerint: qui, quum ipsis non impunè interdum per Zythopolia, noctu verò per plateas grassari liceret, quumque item cum perditis Bellonæ ac Martis alumniis conversari ipsos nollemus, non tantum abutum parare maluerunt, quam nobis subinde parere; sed & per conterminam nostræ Lusatiæ Silesiam cum literis tum viva voce apud Suostot mendaciorum plaustra, quot devehendis vix quadrigæ sufficerent, adversus loci Magistratum, adversus misellos Præceptores ac hostes evomuerunt, contra fas omne & præter meritum ita Scholam nostram denigrantes: ut alii honesti ac boni viri suos huc mittere merito reformidant. Quid mirum igitur: quod, rebus sic stantibus, Chirurgorum more, qui, nisi tentatis prius omnibus, ad sectionem, ad ustionem non veniunt, præmissis lenioribus remediis, correctionibus puta, correptionibus, animadversionibus, castigationibus medicinalibus, ad extrema confugiamus remedia, per *PUBLICAM RELEGATIONEM* proque gradibus delictorum è devotis Capitibus *EXCLUSIONEM*, ne suo contagio ulterius Bonis intertrimento sint, non unum, sed duo Corporis nostri Scholastici Membra Autoritate publicâ amputaturi? Toleravimus equidem satis diu vasa nequitia, & anxie reditum ad meliorem frugem expectavimus; sed frustra expectavimus. Crevit enim malitia, & eò usque excrevit: ut tolerare amplius non possimus perfrectæ & exulceratæ mentis homunciones: qui DEUM, Magistratum, Præceptores deluserunt, & pipulo monita ac jussa eorum distulerunt, callum & ipsi in sua contumacia aprugnum ducentes. Quod unum proinde restat: Vos jam duos pervicaces Legum, Pietatis & Honestatis transgressores, nec unius quidem delicti reos, Te nominatim *JEREMIAM LUDOVICUM Trierenberg / Franckofurto-March.* qui egregium tenus hac non sine blasphemia Scurram egisti, deque eadem re non semel monitus nec ipsum Reverendum Ministerium audivisti, vix bimestris intra unius anni spatium Auditor noster; Teque item *CASP. GOTHOFREDUM REYMANNUM, Seida-Saxonem*, quem, ob spurcitiem obsceni oris & operis semel exclusum, ad intercessionem optimi Viri post deprecationem publicam novaque receptionis petitionem receperamus, nec meliorem tamen cognovimus, ad commune *AMPLISSIMI* nostri *ORDINIS* suffragium, ordine civium nostrorum submotos relegamus, atque hoc ipso die ante occasum Solis, ni pœnam exacerbari vobis velitis, urbe excedatis, præcipimus. Reliquos verò, qui Studiorum gratiâ in hac Societate literaria versantur, Gente nobiles sint, sive ignobiles, Patritii sint, sive exteri, sumptibus heic vivant propriis, sive beneficiis fruuntur, seriò hortamur: ut animos potius quam oculos in hac charta defigant, sique boni in bono pergant; sin mali, a malo se abstineant, utriusque sedulo cauti, ne tristem hanc incurrant pœnam. Redite, ô Nostri, quibus altius sub sinistra mammilla salit, ad officium, talesque vos omnes ac singuli nobis probate, quales vos expectamus. Patet vobis Amor; patet Favor: intemeratum de vobis bene merendi studium patet. Rigorem adhibemus hodie: ut aliquò usque promoveamus ab optimis institutis prolapsos. Libertatem vobis, quod putatis, non eripimus; sed Cyclopianam abolitam volumus. Ceterà vobis libertatem præcipimus: sed quæ bonis legibus respondeat. Ea enim demum vera libertas est, virtuti litare & ad normam recti ac honesti vitam suam omnem & actiones componere. *SAPIENTIBUS SAT DICTUM.* Valet, & ita vos posthac in hac Palæstra bonæ mentis gerite: ut nostræ voluntati vestra obsequia, votis salus & commoda vestra respondeant. *P.P. GORLICII Lusatorum D. XVII. Febr. ANNO cl. lxxvii.*

F. H. 30, 66.

Yb  
1304

(X 202 1156)

II, 805

46 1304 TR

VD 7

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SALE)

ГЛАВНОМУ ГОСИНОСТРИ  
РЕКТОРУ ИЛИ МАГИСТРУ

94



(X 202 1156)

II, 805

46

1304

71

VD 17

WILHELMUS WAGNER

26




Programm Gymnasei Gorkiensis

# RECTOR ET MAGISTRI GYMNASII GORLICENSIS.



præfractè mala videli-  
dehortationibus grav  
ullis obsecrationibus,  
ac pervaderi patient

**P**ROGENES, latrans ille de dolio Canis, qvum aliquando improbum quendam  
ac protervum castigaret Juvenem, ipseq; interrogaretur, quid faceret? respondisse perhibetur: **ÆTHIO-  
PEM ABSTERGO, UT DIFFICULTER REDDAM CANDIDUM.** Videtur proverbiali hoc ab Æsopicâ fortè fabulâ,  
quam **ERASMUS** in *Chiliadibus* recitat, orto responso innuisse: quòd omnes illi inemendabiles sint, qui vel semel, perruptis ho-  
nestioris disciplinæ repagulis, ad vitiorum sordes eorumq; expurgamenta servili vernilitate semetipsos detrusere. Verumenim-  
verò quemadmodum natus ille Æthiopiùm niorum quem fidelissime



Quin dolent potius  
sum Præsul taxat, op  
raria damno experti  
enim non unum præ  
toties iteratas per vul-  
nes, quæ ex utroq; cum Ecclesiastico, tum Scholastico Umbone auditæ sunt, contra severa deniq; Superiorum interdita perpetrandum promptæ audaciæ ge-  
nus est: quod non apud distinctos quosdam Nattas se insinuarit, pariterq; invaluerit. Eò utiq; effera Pseudo-Scholasticorum nostrorum, non tam di-  
scientium quàm tumultuantium, ferocia processit: ut nonnulli eorum neq; Leges, neq; Magistratum, neq; Præceptores, imò nec ipsum DEUM jam ampli-  
ùs vereantur; sed Cyclopicâ quadam licentiâ ducti, vel seducti potiùs, omnia, quæ libeant, etiam impunè sibi licere arbitrentur. Pertinent huc Thracum  
more institutæ computationes & plusquam belluina ingurgitationes. Nocturnæ quoq; grassationes, Stentoreæ vociferationes, lapidū jactu factæ fenestrarum fra-  
ctiões, Bacchicæ vestium permutationes, fescennina cantillationes, injuriosaq; exagitatioes, quibus multos nostræ urbis vicos implere, & nemini non  
noctes insomnes reddere quibusdam fuit volupe, huc pertinent. Hoccine verò est virtuti & honestati litare? Hoccine est bonæ frugi discipuli partes ex-  
plere? tempore nempe diurno & vespertino in tabernis cerevisiariis amysside Threiciâ Bassum vincere; nocturno per plateas divagari, tumultuari, vigi-  
les turbare; matutino, quod Musis amicum, lecto cubare & glirium instar stertere. Accedit: quòd non pauci, nobili & ipsi gente nati ac sati, fuerint: qui,  
qvum ipsis non impunè interdiu per Zythopolia, noctu verò per plateas grassari liceret, qvumq; item cum perditis Bellonæ ac Martis alumnis conversa-  
ri ipsos nollemus, non tantum abiturum parare maluerunt, quàm nobis subinde parere; sed & per conterminam nostræ Lusatiæ Silesiam cum literis tum  
vivâ voce apud Suostot mendaciorum plaustra, quot devehendis vix quadrigæ sufficerent, adversus loci Magistratum, adversus missellos Præceptores ac ho-  
spites evomerunt, contra fas omne & præter meritum ita Scholam nostram denigrantes: ut alii honesti ac boni viri suos huc mittere meritò reformi-

nam Hipponen-  
paximo rei lire-  
RTIS. Ecce  
paterna monita,  
iterationes, fulminatio-  
perpetrandum promptæ audaciæ ge-  
nostrorum, non tam di-  
DEUM jam ampli-  
Pertinent huc Thracum  
Stentoreæ vociferationes, lapidū jactu factæ fenestrarum fra-  
& nemini non  
Hoccine est bonæ frugi discipuli partes ex-  
tumultuari, vigi-  
fuerint: qui,  
Silesiam cum literis tum  
Præceptores ac ho-  
mittere meritò reformi-